

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia occisorum in Culm**

**Schneevogel, Paul**

**[Leipzig], um 1495**

[urn:nbn:de:bsz:31-86608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-86608)



Zu 77<sup>x</sup>

AN 711 - AN 718

H. 11536.

H. 15541. b) Ebstädt. Mich. Pieper.

H. 6796.

c. 489-90.


H. 14516

H. 6072.

H. 4150.

H. 6611.

H. 11740.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

bl  
ali  
gr  
ue

Historia occisorum in Culm . cum  
aliorū hominum : tum maxime vir-  
ginum per Magistrum paulū Hria-  
nem in latinum conuersa



Paulus Navius arcium Magister  
 Honorando viro wilhelmo. N. de  
 Egra optimarum arcium magistro  
 Canonicoq; in sriberga Domino  
 et fautori suo plurimū colendo Sa  
 lutem plurimam dicit.

Quantam utilitatem / aut res gesta in se habeat. aut ea que  
 ficta est / rei geste p̄similis / ex eo id plane sciri potest / q̄ sum  
 mi auctores: summisq; ingenijs predicti in suis libris pleriq; ip  
 sius meminerint. siue philosophiam illam tradunt / que a re  
 conditis quibusdam nature venis excipitur: siue istam ipsaz  
 que in medio collocata / in hominum moribus: vitaq; versa  
 tur / historijs miscet: aut certe fabulis / delectacionem p̄ se  
 ferētib⁹. eiusmodi est <sup>liber de archilarg</sup> platonis conuivsi: <sup>de huius</sup> thymenq; ac vrbis  
 illa / quam in republica condiderat. eiusdem ad hoc epistola:  
 re proxime <sup>plac</sup> accidit. addo Ciceronis oratores: leliumq; et cha  
 ronem sapientem. et illa vetera / que docuerat de arte dicendi  
 precepta! que rerum gestarum traditionibus sunt: fictionib⁹  
 q; referta. ea quoq; illa doctissimoꝝ scriptoꝝum vestigia secu  
 ti / francisc⁹ petracha: leonhardus de arecio! qui fabulas ame  
 nas / de vulgari in latinum trāstulerunt. qua hominibus su  
 ctum quendam: splendorēq; <sup>latinitati</sup> afferent. moti sumus  
 eorum ratione: et argumentum putauimus rehemens / ad ea  
 perscribenda / que a nostris senioribus vel vt gesta recitantur:  
 vel que gestis modo aliquo paria videntur Itaq; cum sepissi  
 me hanc seu historiam: seu fabulam a progenitoribus meis au  
 diueraz. qui se a suis percepisse dixerant! Culm nemus quod  
 dam: et larronibus occupatū fuisse: ac etiam cum in ipsa mul  
 ta ponerentur / ob rei magnitudinez admiracione digna. cen

21 ij

Alia catenul  
 siuorant  
 videra p̄cipa  
 a m̄p̄tate  
 13 17 18

regi  
 Zomade  
 q̄ p̄  
 q̄ p̄ la  
 en aut  
 collocat  
 aut v  
 ut ut  
 ut ut  
 aut  
 ut p̄  
 p̄ d̄ p̄  
 p̄ d̄ p̄

Laudo  
 p̄cipa  
 p̄cipa  
 p̄cipa  
 p̄cipa

Culm nemus  
 d̄ p̄cipa  
 d̄ p̄cipa

sebam haud inutile pro ingenij viribus in latinam transferres  
vt id quod popularibus iocundum est nobis foret ampliore  
vel legendi concitacionem: vel audiendi allaturum. In prom-  
ptu est / non eque omnium ingenia in hauriendis doctrinis:  
artibusq; esse instituta Iter quoq; aliud: alij presstitit natura.  
hic enim ad precepta que quandam / et illacionem in se con-  
tinent: et a cognitis racionacione ad abdita propensus, ille  
vero auroitatibus gaudet: et eorum virorum quos omne se-  
culum / insignes: celebresq; predicat. postremo magna copia  
est: hominumq; multitudo in historijs fabulisq; se oblectans: e  
quib; plurimum pfectus sumi potest. clara voce maiores nostri  
depromere / sine reb; gestis: ac fictis / veluti testimoniou lo-  
co / a sapientissimis viris quenz; puerum esse: minusq; inge-  
rendis negocijs instructum Ceterum gestum quoddam sit: an  
excogitatum id vnum / tne amplitudini vir omnium prestan-  
tissime relinquo Namq; idem locus natiuitatis vtriq; nobis  
est. quasobres non dubito / quin tu sepenumero quemadmo-  
dum et ego ea dici vulgoq; recitari in patria audiuisti. bene aus-  
tem translata sit nec ne: et eo pacto quo egre in apertum sepe  
et prolata est: et profertur sepi; dignitati tue: prudentiaq; / vt  
equo iudici relinquo. Vale.)

Deus nemorosus fuit / in quo fere omnium latroci-  
nanciam latebre sunt existimare. in cuius medio mons  
est / eminenti altitudine ceteros superans. usque adeo  
forte eleuatus / ut egrensius omnis ab eo: pars mag-  
na cubitensium videtur. ab egra nempe asperior ipse aggredie-  
tibus. leuius cubitensibus iter ministrat. lignea in culmine ip-  
sius ecclesia constructa. nomenque eius / ut ipsi prope habitan-  
tes. Culum ita quoque et nos appellamus. a qua tunc ecclesia  
haud quidem remore erant montis fodine quedam. in quibus p-  
fecto elapsis temporibus / aut aurum est: aut argentum: aut  
aliud metallum questus. ac temporis tractu eiusdemque suc-  
cessive arboribus rubisque crescentibus / ut in vastis semper sit  
atque maximis nemoribus / eris fodine tegebant adeo / ut pau-  
cis fuerunt vel accolis cognite. quod latrones sciientes non  
nulli: quorum improbitas omni plena calliditate / multa in co-  
munem hominum perniciem excogitat / speluncas veluti habi-  
tationes quasdam constituere / in quibus ipsi et laterent: et  
colligerent spolia: et varia de pretereun-  
tium incomodis (quo pacto  
eis inferret) plane tractaret totum ipsorum: tantaque demum perni-  
ciosorum multitudo congregata: ut dictum mirabile est: atque incre-  
dibile auditu. sentina fuerat ad quas flagitiosissimus quisque  
confugerat. ac eo ventum postremo ut nemini / vel introeun-  
di ad bohemiam tuta erat: vel exeundi ad egra facultas. ac ne  
ambulantes quidem solum rebus priuabant: verum etiam scho-  
lares virgines sacerdotes grauidas mulieres necabant. nul-  
lus miserum: nemini pepercerunt. sine discrimine etatis et sex-  
us arrepto iugulabant. atque eam inter se firmarunt coniura-  
tionem ne quis eorum parentem haberet eximium: quin vlti-  
ma necis eundem condicione afficeret. preterea quotidie et mer-  
catores explorabant / et eos qui victum: reique familiaris splen-  
dorem in alienis regionibus querebant. quibus captis occisif-  
que corpora eorum erutis vestibus in derelictas illas: desertasque  
foueas proiecerunt. tandem vero multis interfectis varia in po-  
21 iij

pulo: cecit ac multipter opinio. cum ceteris in opibus: tum  
maxime illa tam egre exorta. quandoquidē uxorem alius: alius  
fratrem: et item liberos: cognatosq; alius amisit. ceterum ex  
his nullus qui aliquid de amissis praeter coniecturas dicere po-  
tuisset. nec sensa quoq; vestigia extabant: nec signum aliqd  
indicij patratī facinoris! vnde iudicium quisq; aut existima-  
cionem caperet. mulieres fore a quibusdā abductas aliqui au-  
tumabant. eas praesertim quarum fama libidine polluta tum  
suos secutas amatos putabantur. at de viris illis quorum for-  
tuna ab inopia depressa huiuscemodi nascebatur opinio. eos  
euasisse propter es alienuz quod dissoluere nequierant: aut cō-  
tracta debita / quibus aggravati creditores extimescebāt. ve-  
rum de illis rumor fuit alius qui diuicijs affluebant: et quoru  
vita nulla fuerat prauitatis suspicione inquinata. quos in ma-  
nus impiorum incidisse nemo dubitabat. illorum vero sic cre-  
dencium / sola recta: atq; vera extitit existimacō. quibus plu-  
rimum diuulgatis / senatus vocauit artificum precipuos /  
quibus in reliquo populo maior erat auctoritas! que apud eos  
consuetudo / et est: et obseruatur! si quando de rebus arduis  
difficultatemq; praeserentibus decernere volunt Et quamq;  
eorum quidam suos abuisse arbitrentur debitores / vt nō  
profoluendis pecunijs astringerentur. vicit tamē sanior pars  
senatus et potissimū persuadens in eandem fere et inopes; for-  
tunaz: et opulenciores incidisse. atq; eos quasi vaticinio quo-  
dam / aut capros: aut occasos a latrocinātib; predicabant.  
Iniuria est diceant illi optimi consules / tantā his puerfita-  
tem viris affatbere. qui multis annis virtutibus: et a pueris  
quoq; inuigilatūt. qui rempublicā auerūt: legesq; et maioriū  
instituta / ad bene beateq; viuendū reperta / nō obseruauerunt  
modo sed etiā velut deū quendam e celo demissum coluerūt. et  
summo studio quasq; vite rationes psecuti / que reddere pos-  
sent eos de honestiores Neq; em paupras illos quidē ipos co-  
re potuisset / qui magistratu aliquo predicti / in suis pfectio-

nibus non reuerterentur. quoniam magna pars ciuium in hoc numero est / qui agros predia domus / plura fortune bone una cum diuitijs possidebant. hec eadez dicenda sunt et de mulieribus quae eam ipsi quas viui sorte sunt passe. hecque illa nos arbitramur de ceteris qui paupes fuerunt: atque inopes. et quos minima suppellext nuditas inuisere orasque longinquas propulerit. tunc interambulandum a raptoribus extincti. qui sermo in metibus eorum verum peperit rationes et cuiusque durissimi animus ad pietatem: commiserationemque reuocatus consulere cepere qua solertia possent: quibus medijs occisores illos a sinibus eorum suisque et suorum capitibus amouere. et qua diligencia latibola ipsorum quibus absconderent possent perscutari. placuit ut omnes vocarentur / quibus strangulati rebantur vel uxores. vel liberi vel etiam sanguine propinquum. ut exponerent eorum in quibus versati negocia an quopiam modo aliquam suscipere valerent aut viam: aut manu ductione qua illi perniciosi arripentur. vocati fere omnes / vno ore et vibes incolentes dicebant / et in turre degentes. quod si exiissent rei familiaris causa mercaturam tractantes / vel que manibus sunt artificiosa opera vendiderent Illis autem omnibus auditis senserunt abditas esse in Calm latrones: ac in his vastitatibus ex magna parte attingentibus nemus quae bohemiale nuncupamus sed propter ipsius latitudinem / et in eo eminentia picula prope nullis erat cognitum / nisi forsitan ad bohemiam duces frequenter iter. magna cura res illam senatus variisque modis tractabat / ut siccatibus illis obuiaret: utque a cernicibus eorum ferentibus hoc penes tantum inevitabile propulsaret. missi sunt armigeri: illique etiam quos vulgus vibis vocitat sagittarios. denique pro mulieribus exploratores. a variis locis nemus ipsum ingrediētes: querelesque crudelibus hostes humani generis. verum in cassum fluxerat omnis labor. atque omnium intentissimi conatus. quodque tectum extiterit specus densis arbutis: densisque vepibus Neque in his locis ubi torpebant immanissimi ambulare quis potuit propter aggeres altissimis partim abietibus vestitos lumen ipsum clarumque diem remouentibus / partim vero sentes obstaculo fuerunt ne viderentur.

tur antea quondam subfossa factaq; metalli gracia . timuit re  
uera fortissimus quisq; omniumq; audacissimus / locuz illum  
videre nedum adire / qm̄ obrem intencione frustrati sine fructu  
sineq; utilitate vnde venerant regressi sunt . alius postea nasce  
batur error in populo / qui similis quodammodo est : atq;  
equalis reputatus . aut plagam esse dei quādam / peccatis me  
ritam / aut monstrū aliquod immane sciens humanuz san =  
guinem / quod eos deuorasset Cuz vero diuersa hoc modo in  
ter homines oriretur opinio / flagitiosi illi alias versucias cal =  
liditate sq; excogitabāt . vtpote / qualiter possent virgines di =  
ciores / et in vire blandicijs eorum persuase abdu =  
cere . ac eas demum abductas veluti pecora mactarent . quod  
quidem horribile auditu : atq; inhumanum : tamen vt eoruz  
vita scelestibus plena / ita eorum solacia et horrenda fuerūt : et  
deterrima Juniores igitur ex latronibus / etatis adhuc decus  
et florem habentes adolescencie / in villas ipsi festiuioribus  
diebus descenderūt . in quibus de more : ac consuetudine ado  
lescentes congregabantur : virginesq; vt coreas : a ludos quos  
dam iuueniles celebrarent Illis se hominum perniciēs associa  
uit et magnam cum omnibus / tum verborum facecijs tum li  
beralitate familiaritate cōtraierunt . munuscula dantes puel =  
lis / quibus fragile hoc : molleq; hominum genus facile deci =  
pitar . postea vero omium virginum vsq; adeo noticiāz habu  
erunt / vt scirent que illarū diciōibus parentibus orta . et que  
humilioribus . his illi se applicabant quarum supplex splen  
dida erat : atq; copiosa . tandem amoris meminere : ac flam  
me ipsius / qua succensi / supra qm̄ credi posset arderent . ro =  
gabant matrimonium : precesq; multiplicabant vt petita asse  
querētur nec se vel in die posse quiescere : vel in nocte asserēbāt .  
quod profecto puellis fere omnibus gratum est dum concupis  
cencia vim suam : et importunitatem inmittit Et quamqm̄  
primum pudicitie causa ( maxime in hoc sexu decus ) re pug  
nabant / iterum tamen : atq; iterum verbis illorum blandicijs

q̄tentate ad afficiendū inducebant maxime ex eo quia Lo  
cupletes sese nobilesq̄ esse assumabant. et in omnibus prou  
si que / vel ad honestatem rei familiaris spectarent. vel ad vi  
te sustentacionem. ac plura ritu eorū protulerunt verba / qu  
amoris pugnam ingrediuntur. atq̄ etiam q̄ illas vehemenci  
mouit filios se vnicos paterne hereditatis iactabant. spon  
deuntq̄ insuper / easq̄ ducuros in proprias edes: prope di  
xerim in arces / ubi omnium rerum affluencia: copiaq̄ repet  
retur. simulq̄ per vniuersum vite spaciū faustes dies: et fe  
lices agere. pollicebantur si suos parentes relinquerent eos se  
quendo velle quouis procul dubio efficere / vt ex rusticis. aut  
ciues fierent: aut de nobilium grege reputarentur his: ac hu  
iusmodi sermonibus eas lactabant non secus ac si quispiam a  
quatica inescaret: aut certe auceps dum suavi melodia auicu  
lam decipit / in reciaq̄ incidere inducit. nouissime suaserunt  
parentum colligerent cinctia: et si qua ad ornatum humanū  
et decencia spectancia vt sunt vestes preciosae annuli: torques  
vniōnes smaragdi sarta argentea / omniaq̄ que ex auro con  
fecta sunt et splendorem bonitatis pre se agerent. eo quidē pre  
textu id forte fieret / ne dum ad suos eos et parentes ducerent:  
et propinquos humiles reputarentur forte abiectis ex homi  
nibus vel his quoq̄ / qui pastorale exercent officium de  
scendisse. credula vero muliebris condicio ipsorum consi  
lijs persuasionibusq̄ secuta. Igitur omnia colligerunt / que  
parentes ipsarū: et quidem preciosissima cinctia / in con  
clauibus vel intimis edis conclusa reconditaq̄ arbitrabantur  
atq̄ eos sequebantur. nihil suspicantes mali. purum credide  
runt verumq̄ amorem. at cum in aram peruenissent in nemo  
re sitam erutis virginibus in camisiā vsq̄ vltimā / veluti  
bestias interfecerunt Illo quoq̄ durante / vllulatus ingens et  
miserabilis in pluribus locis auditus. flere matres vise sunt:  
comas euellere: mallas sulcare: tonsis pectoribus manus com  
pūnere ac reuera propemodum insanire. inuocato deo: sanc

tisq; omnibus nullum sentire auxilium Neq; inuestigare pote-  
rant aut scire vlllo modo / quidnam earū natis accidisset: aut  
quam fortune vim: aut fatorum subiūissent Etenim cum ea  
sepius in senatu: et apud populum egressē tractarentur / ha-  
bitis multis et in foro conuocationibus: et pretorio nec vllum  
sentirent remedium / nouissime processionem quandam sta-  
tuerunt / in qua religiosi et deuoti vtriusq; hominū sexus ade-  
rant. Tum monachi flebant: pectora pulsabant sacerdotes:  
lacrimas femine profundebāt: plorabant virgines: scholares  
magis vllulare quam canere putabantur Cunctus deniq; cet?  
nudis pedibus proficiens / merorem pre se tulit. lucrus om-  
nium vnus: et eadem tristitia equidem vt triuulus quidaz / et  
eorum qui ceteris animosiores censebantur oculi multorum flu-  
ere: liquoremq; mittere videbantur. et durissima pectora de-  
mulcebantur commiseratione mota. ac illo iam peracto mul-  
te missarum celebrationes habite / apud quas omnis hec tur-  
ba: multitudoq; mortalium aderat. quisq; enim summā ostē-  
dit deuotionem: defixo capite in terram deum orabat vt illaz  
ab se seu plagam: seu morbum amouere. seu monstrum hoc  
sua clemencia monstraretur! cuius seruicia tot homines: crude-  
litateq; perirent. quo facto / in propria / mesto corde: animo  
turbato distracta ratione quilibet reuersus. nullum vidisses:  
neq; gaudium: neq; hilaritatis q; tamen in preclaris vrbibus.  
confuetum est solennitates exerceri. silebant omnia leticia que  
uis extincta. cuiusq; sagacissimi labor: et cogitatio consilioū  
suorum in eo tantuz vno versabatur qua solercia posset et qui-  
bus medijs periculum hoc vite omnium imminens refugere.  
paucis postea elapsis diebus casu quodam forte accidit / nobi-  
lis ille in getzengrum militari gaudens cingulo / in opidum se  
cui nomen fallennarū inditum reciperet. nemusq; illud equi-  
tando obambulauit. eaq; si fuerat a pueris: et a primeuis die-  
bus deuotionis condicio vt quociens phanum aliquod prete-

vires in honore: aut virginis gloriose dedicatus: aut sancti ali  
cuius / nullo tam arduo prepeditus negotio / quin ingredie  
batur: precesq; ad saluatores suum fundebat: pro anime ipsi  
salute huic in saltennaro / ab amiciissimo quedam sibi: et sum  
ma cōiuncta necessitudine / alea quedā paruula donodonata  
imaginibus sculpta: gemmisq; eromata is quoniam in noc  
te uersus memoria occupauit / in spectata ara / memer deuocio  
nis sue / neq; nor ipsa obstiter neq; periculus aliquid in capel  
lam ingressus. reposita iuxta se alea ( quaz antehac forte in ma  
nica gestabat ) oracionibus insudans. quibus perfectis abei  
do ipsius obliuiscatur. qui cum in edes peruenisset / inter  
cenandum recordatus alee sue sed ne facile quidem / se colli  
gere poterat ubi: aut in quo loco amisset. tandē in mentem  
venerat in sedem dum suas obtulisset oraciones reposuisse.  
heus inquit ad famulum qui audacior visus: forciorq; arbi  
tratus aleam nosti mihi donodonatā eam vero ipsam relique  
rim in capella secus viam in luco Culm sitam eo nomine ap  
pellabatur. q; ille recusans / et frigoris magnitudine perterret  
et latronum atrocitate! que circa circa diuulgata vsq; adeo /  
vt accole fere omnes / non modo a luco ipso: sed a nomine in  
super abhorrebant. atqui ancillam habuit longe omnibus au  
daciorem / domine aijt quo certes premio aleaz portabo. Cui  
dominus tunicam inquit vestemue aleam promerebere nouā  
euestigio hec sese vie exposuit. quam non frigorum impetus:  
diraq; hūemis atrocitas: non obscuraz nemus niuosumq; nō  
rumor ille de latronibus vulgatus impedierunt / forti propo  
sito: constantiq; animo labores subiuit ad montes illos et col  
les conscendit ac demum in capellam ipsam introiuit. percon  
tanti illi: querentiq; aleam e perniciosis quidam ingredit puel  
lam supra qm̄ dici possit fomiosam adduxit. ambo fastes / et  
graues portabant / et magnas. Tum flagiciosus ille ad virgē  
nem deponere inquit pondus hoc graue est / satis iam diu labo

casti. Cui respondit hec / mansio hic nulla est: nullumq; ho-  
spiciam nec importuna iems sinit nos requiescere. at ille nos  
tem habebis ait sat calidam / vna hora omnem tibi propellit  
frigorum timorem. quoniam moritura es: nec longius vt opi-  
nata nunciatura. Illa in eum oculos coniciens ingenti per-  
cussa terrore. vix aliquod posuit verbum proloqui nihilomi-  
nus fortem vendicabat animum ad se rediens sic loquebatur  
anime mi / iocus ille malus si me amas huiusce comprimite  
verba / ne nostram quidem delectionem que igne est multo ac-  
dencior lederet: atq; in odium conuerteret. Tum ille ad eam  
depone inqm / si me et plane quoq; intelligis hec nox suprema  
est vite tue. obstupuit puella. fastem deposuit: et ad eum se co-  
uertit. Tuus hic sermo forte inquit ioco productus est! et an  
parere tuo putas / velim mandato experiri. mouit in risu la-  
bia: nephacum amplectabatur. signum amoris: et quam in  
eum fiduciam haberet prestiterit: atq; monstrauit. Ille vero ip-  
sam totius intuebatur oculis. ac ea dicebat. certuz est te extre-  
mum subire humane condicionis. et quecumq; fauoris a me  
obtinendi causa pducis. frustra conaris effundere verba. hec  
hora finem imponet vite tue Tum illa inclinatis genibus in  
hunc modum precata. tu anime mi / in meliorem queso te sen-  
tenciam verte. ac cogita qm flagranti corde: vixq; ardentiori  
complexasum: et te: et queq; abs te mihi proposita! que om-  
nia quasi a deo quodam consilioam loco data obseruauit. om-  
nibus te preferam amicis meis Te illum arbitrata sum cui me  
deberem et in vita committere: et in morte. quo cum beate vi-  
uerem in hoc seculo: victura quoq; essem cum eodem in futuro  
per tempora sempiterna. parentes reliqui vtrosq; qui me acu-  
nalibus tenero studio educarunt! et ceu viridarij rosam insig-  
nem excoluerunt! que flores alios / et coloris pulcritudine: et  
odore supat. Te vni ego secuta. neq; iam niue densas neq; hor-  
ribile gelu: nec atrā noctē: nec deniq; huius pertinui nemoris

vastitatem. quin te vnam ego secuta. vtroq; essem secutura /  
quodquo voluere tua: vel re. um eventus: aut fata vocarent  
Tu cor meum solamenq; et refugium vnicuz. in dominus me  
us vteq; pceptor spes sola: et gaudium oculorum meorum.  
tu quoq; ille es quem ex mille adolescentibus elegi: et plusq; me  
ipsum dilectione persecuta. fac igitur amator mi fortissime:  
fac inq; ne manus tue hanc necent que incredibili quodaz ar  
dore ad te suspirat: teq; inuocat in maximo terroris metu. cō  
tueri id vniuz obsecro / qm̄ mules / qui me amant despicie  
bam! tamesi rerum copia: diuicijsq; affluebāt. qui preclaris  
parentibus orti: corporisq; venustate. et iuuenili etate flore  
bant. quippe gratius est et durius censeo / te animum meum  
relinquere: q̄ aut artus illos aut progenitores: aut quitquid  
huius seculi esset iocunditatem allaturum. ne cor illud extrin  
gas oro q; te flagratione veluti nōnulla flamma tantopere es  
tuat quid nam id est / quod tue erga me charitati displicet: de  
sponsitas ne coporis: an morum indispositio ē sume aliud me  
dium! quo in eius cruore / qua nō est tui amāciō manus sce  
lere omniuz flagiciōssimo polluas Neq; enim si ita sentis me  
ducas in uxorem tuaz. sed vt seruam laboribus applicato. ad  
nihil me ordinabis vnq; / q; mihi vlt rediū sit vlt molestiā adie  
cturum. vereris forte quia pauperula sum. me alere nō possis  
profecto non postulo. sed prospera tecum omnia rebar et ad  
uersa quecunq; acciderēt communia. si vero apud te certuz est  
vt aijs me mori oportere / non neges vnuz id oro / vt alius me  
hac mortalium vita priuet eciā nisi de tuo sit / et contuberniō  
et societate. sic enim mors illa dulcis erit: atq; vita discedere  
iocundum. et crudele illud non sentirem / eas mihi manus et  
hoc corpus / a me indicenda charitate affectum / violenciam  
infere. aut me in cruore inquinaretur. quibus dictis ad eaz  
vsq; corporis partem / quam cingulus stringit / sese detegens.  
et fere nuda steterit. vt ecce inquit pectus modo nuduz est / qd̄  
sibi aduersa omnia: laboresq; et mesticiāz pellit! quodq; vnū

tu persepe quidam predicasti quod eadē nemini unquam est nisi  
si tibi illesum. et inuolatum: et in hac usque horam purum: nisi  
dumque conseruatum. en virginium amator eximie: te orat vir-  
go: et quodque in virginis ede / propositum hoc sedum animi  
tui in melius commutes. ac membra illa dedita tue fidei non  
strangules Tum prostrata in terram pedes latronis de oscula-  
ta / et pedis eius: et terram lacrimis madefecit. rursusque sur-  
gens manibus eum circumdedit: atque ait. si quaz pie te fers hu-  
manitatem: si quem genitricis dei honore cuius hoc templum  
est et imago illa quam cernimus: si denique ullam sacratus vir-  
ginium laudem / te oro atque obtestor ne nunc quidez / hanc tu  
am deleas virginem. at illa cum nihil se obtinere senserat status  
ita e vita decedere. permittas enim precor inquit ad partem  
cādam ut in temeritate semper virgini marie / quasi in agone  
orationes meas offeram: animamque compaginem hanc cor-  
poris relinquentem saluatori meo commendem sitque oratio-  
nis deuotio / qua maior esse nequit in vita hominis uniuersa  
sa / partim in conuersionem vite: partim vero in salutem ani-  
me tue. et ille. festina igitur. dorsumque sibi vertens / lacrimas  
emisit! pauillum pietate motus! quandoquidem tantam:  
tantamque magnam constanciam vidit in puellari figura. verum  
tamen animus eius ut lapis quousis carens sensu induratus:  
obstinatusque in omni genere malicie / nec pietati condescende-  
re: nec orationibus puelle obsequi potuit. expleta oratione ut  
lupus rabidus ouem / importunitate quadam in nemus tra-  
xit: atque interfecit Ceterum illa que in sede cum alea delituit /  
fastem interea maiorem imponens dorso suo se fuge commisit  
sed interfecit virgine latro reuersus. adeo cursu veloci eam se-  
quatur ut vir arcis potuit domini sui hostium attingere ne in  
pugionez istius incideret. gladio in portam impetum faciens  
ac illa proclamauit. prope est ut et tu quamuis nunc euasaris  
in eadem incidas fortune casus. equidem ancilla illiusmodi af-  
fecta angustijs viribusque destituta et ex nimio timore: et cursu

quā uelocissimo / ut nullum potuit sepius interrogata uerbis  
respondere. altera uero die: iamq; uigore recepto / rem illam  
plurimum lamentabilem ordine quodam enarrauit. nec quis  
qm̄ affuerat tocius familie qui illis auditis ipsis a lacrimis se  
temperasset. deinde uero cū ad calcem usq; ad terminusq; om  
nia explicasset / inhibuit dominus propalari: atq; ut sub silen  
cio et taciturnitate penes se recluderēt / mandauit. ne forsi  
tan ad uulgus hec: atq; ad eos homines peruenirent / quous  
propinqui et coniuncti necessitudine / aut potius uel paren  
tes: uel liberi firent iugulati. qui p̄fecto precipetacione qua  
dam ceu torrentes: et furore commoti minus mature consul  
teq; omnia aggrediuntur. que nimia celeritas maximis rebus  
sepiissime obstat: prestatq; impedimentum / ne ad id possit de  
duci negocium ipsaq; causa quod eius rei comoditas poposce  
rit tandem postea et cure sue: et cogitaciones in eo uigilauit  
modum ut posset: Ac iter quoddam inuenire / quo pestiferi  
illi: et in capita omnium coniurati comodius arriperentur. se  
cum uero opinatus / cum diu multumq; cogitasset / nihil ue  
hemencius conducere autumabat / quam in sua regione corea  
am / iuuentuti sq; ludos instituire / ut militarem cursum! In  
quibus utraq; serus hominum celebibus solebat diebus se ob  
lectare! precipue illi quos iuuenilis etas persepe in iocum im  
pellit. quibus institutis ait ancille sue cui res illa consistere  
dabis operam / ut uestibus ad coream: monilibusq; ornata ac  
cedas. et mea sententia / te alloquetur / aut uirginum ille in  
terferret cuius seruiciam nuper: ferrumq; defugisti: Aut forte  
quidam alius de consorcio suo Tu uero ipsius dum usu uene  
rit mellifluum sermonem: moresq; eius et decenciam ammittas  
bere. Donec quid uelit plane intelligas et expleto ludo ad me  
referas. equidem hec militi paruit! Coream uisitauit. Ac de  
inde in coream a quodam duca! qui in hunc statim labeba  
tur sermonem. se incensum esse incredibili quodam ipsius ue  
hementiq; amore. et a puericia nullaz conspicatū esse femineā


personam / ad quas tam subito aciores concepisset dilectiones  
Cui hec urbano quodam verbo placeret mihi amor in me tu-  
us / si constans esset firmusq; sed amictuum fere adolescentiu;  
huiusce est dilectio / vt instar foliorum se habet / que decidunt  
suo tempore de arboribus : ac etiam vi quadam partula ven-  
torum huc illucq; morantur . neq; vt verum fateor plane mihi  
cognitum est quis nam : aut vnde forsitan es qm̄obrem min⁹  
foret cautum me inflammari : atq; incendi in te amoris igne .  
sum alienigena inquit ille . nec certe preterea eo deterior . quod  
si perspecti haberes qui essent et parentes : et progenitores mei  
quantaq; et qm̄ splendida eorum familia facius putares vive-  
re illic in omni honore : omniq; raram copia ! que vel ad cultuz  
spectant humanam : vel ad vsum vite / quam hic in labore cō-  
tinuo et corporis fatigacione . atq; ideo cor meum : totaq; vi-  
te sustentacio : refugiu vnicuz animi mei / fac vt reciprocam  
fenciam in me amorem tuum . ducam te in arcem in eminē-  
tissimo monte : exelsaq; sitam . eris reuera paterne hereditatis  
ad quam vnicus sum domina . te omnes subditi venerabunt :  
te heram spectabunt : tibiq; complacere / pro vi sua quisq; co-  
nabuntur . et hec : atq; alia in amorem pergenca vltro citroq;  
ab ipsis proferebant . et postremo eo ventum vt post decursum  
paucorum dieruz / collectis rebus preciosioribus puella ipsa /  
vna cum latrone itinere se exponeret . placuit militi promissio  
collegit fastes : ac pondera duo tum die statuo reuertitur latro  
pondus vnū alterum puella suscepit fugamq; maturant / quā-  
ta potuerunt pedum velocitate . montem se obicientem prope-  
te ascendunt et ecclēsiā ingressi . qui ex nimia fuerunt festina-  
cione adeo fatigati / vt vix spiritum attrahere iam : et mem-  
bra mouere poterant . amoue inquit ille abs te fastem : et da re-  
quiem paulisper corpori tuo . vt expedicius illud valeas aggre-  
di certamē : aut certe luctandi gen⁹ ad quod mira te calliditate  
adduxeram . qua sumus inquit puella ituri . obstat tjemis frī-  
giditas / negatq; tibi diuicius quiescendi tempus . et obscura

nox: et lucas ipse proficiscendi quodammodo facultatē. hic re-  
spondit / longius non esse ut rata sit eundum. sed suscepura  
dignam vlcionem q̄ quondaz fastem / dum paululum abiuif-  
set nequiter deportasset. habes ne inquit in memoria / quo ex-  
itu ipsa hec de qua loquor vitam terminauit. eundez tibi hec  
prestabit hoia. et qm̄qm̄ varijs illa vteretur medijs et sanctē iu-  
taret nihil tamen proficiebat. verum exutis vestibus orationi-  
busq; oblatiis dei genitrici / rapiens manū eius quasi furore in-  
genti concitatus aram ipsam atq; ecclesiam exiuit. verum mē-  
les ipse studiosus animaduertens / dedita opa hostiū custodi-  
uit. nūc tps est inquit ut expugnemur / ne sportas quidē vnde  
ut in trito ē puebio submergerēt. mox scelerū excepit et capti-  
uū in arcē deduxit. coniectū in vincula serauit. auroia quo-  
q; accedente totius paululū omnia confitebatur. narrauit nu-  
meruz suorum complicum: nominaq; manifestans / et vniuer-  
sam vite eorum tractacionez: ac quibus in latebris occultaret  
explicauit. proinde missi sunt ad villas finitimas: opidaq; p-  
pinqua nunciatū ut quisq; non soluz fortissimus / accederet sed  
quicunq; foret cui vel senectus non obstaret vel puericia armis  
aduolaret / ut pestis hec omniumq; perniciēs propulsaretur. af-  
fluxerant animosi iuuenes: vitiq; et in tanta multitudine / ut  
omnes ferre q̄ maxima cepit ammiratio. ac ipsis demuz con-  
gregatis letabundi exierant. certaminis illius cupidissimi. nec  
quisq; eorum fuerat qui magis quietē pro sua expetiuit glo-  
ria / q̄ primum ad ordiri nepharios homines / eciamsi peri-  
culum deberet: atq; adeo graue subire. Circundabant foueas  
illas in quibus latitabant. facibusq; ingressi / omnes arripie-  
bant. atq; vna specum spolijs plenuz inuenerunt. tot enī au-  
reos tantum aurum atq; argentum vidiſſes tantam etiā gem-  
marum multitudinem ut nullo posset sermonis officio expli-  
cari. sed lamentabile quoddaz omnibus et triste Nam specus  
alterum haud ab illo remotum quasi refertuz extitit hominuz  
cadaveribus / occisorum ab interfectoribus illis quos per tam


longum tempus lucus ille tulit et item immense profunditatis  
montis fodine. exceptis igitur corporibus illis / sepulture tra-  
debantur / in eo templo quod tunc in nemore / et inmanibus  
quodammodo situm vastitatibus latrones vero qui numero ex-  
titerint sex et viginti ad egram / et una cum ipsis spolia eorum  
ducebantur. hec enim ciuitas tum principalior erat / in ea re-  
gione preclatiorque reputata. sed capta primum in vincula con-  
iecti deinde ut suspectis sit in maximis criminibus acerime tor-  
si. sed quoniam eorum facinora / omnibus nota fuerunt: atque  
manifesta. tamen propter interfectorum multitudinem. nec nu-  
merus sciri nec nomina poterant. extremum erat cogitandum  
quas penas hec daret sceleratorum turba. at eo nouissime ven-  
tum ut nonnulli in arbitrium in conispergerent nonnulli: aliqui in  
falkennaro: sic et in schlackenwerd et schonpach missi sunt ut  
in illis locis e quibus homines strangulassent supplicia affice-  
rentur. postremum vero id erat / nam vehiculo quodam im-  
positi ducti sunt vicatim per vniuersam urbem. qui cum nudies-  
sent / renellis quidem ignitis extracta eorum caro / oleo spar-  
gebantur calidissimo. his enim: et alijs diuissimis afflicti car-  
ciatibus deficere ceperunt: atque ex hominum vita migrare. mo-  
turi demum rote applicati. ac deinde postulantibus res ipse: ac  
quod clinodia in spolijs reperta signum dicentibus restituta sunt.  
reliquum autem quod superat ecclesijs: pauperibusque distribu-  
tum Et omnis hec silua nemusque nocuum eradicatum est: et  
in locum habitabilem versum.)



ie  
a  
us  
ep  
uy  
re  
re  
or  
oy  
uw  
us  
en  
in  
we  
ce  
o  
ts  
re  
re  
oe  
re  
t.  
re  
ce











Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com

VierfarbSelector Standard - Euroskala Offset

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 W X Y Z



A B C D E F G H I J K L M N Focus O Balance Q R S T U V



5

10

15

20

cm